

# TABVILA RECITATIONVM

IN

ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XVIII. OCTOBR.

CICIOCCCLXXVIII.

INCHOANDARVM.

RECTOR

ACADEMIAE LVDOVICIANAE

D. CHRISTIANVS HENRICVS  
SCHMID

CVM SENATV.

**I**n Oda ultima Libri tertii non fastus, ut Scaligero visum est, sed magni spiritus plena Horarium carmina sua monumento perenni comparasse, quod neque imber edax, neque Aquilo impotens diruere queat, neminem Vestrum, Commititones aestumatissimi, latet. Quam vero ob causam ventus a poeta impotens dictus sit, vario modo interpretes explicare co[n]ati sunt. Scholiae veteri impotens, idem est ac valde potens; quia scilicet particula *in* in compositione non minuendi tantum, sed etiam augendi vim habeat, veluti in vocabulo *infringere*. Atat de vi illa augendi, quam particulam *in* nonnunquam habere contendant, multum in utramque partem disputari posset. Latinos *infractos* in versu primo Libri XII. Aencidos Virgiliana non valde fractos, sed nunquam antea fractos, atque *in* non vim intensuam in voce *infringere* habere, sed otiosam vacare, V. C. Heyne doctissime annotauit. Loca Lucretii atque Iustini, in quibus vocabulum *invalidus* pro valde validus positum esse vulgo contendunt, male explicata esse, Geffnerus in Thesauro Latinae Linguae docuit. Restat igitur solum exemplum vocis *impotens*, quod hac data occasione remouere studebitus. *Impotens* secundum eam, de qua nunc nobis sermo est, significationem, idem nobis esse videtur, ac *impos*, quod Festus ita explicauit: *Impos* est, qui animi sui potens non est; ideoque *in* manifeste hic vim negatiuam habet. Quare crudeles atque facini tyranni *impotentibus* appellari solent, non quia nimia potentia gaudent; sed quia potentia ad superbiam abutuntur, quia propter fastum animum in potestate non habent. Non vero de superbia tantum, sed etiam de quavis animi perturbatione, quae neminem securum sui possessorem, ut cum Seneca loquamur, esse finit, usurpari vox *impotens* solet. Qui nimia spe effertur, *Horatio* ipsi (I. 37.) *impotens* est; *impotentes* sunt, qui vehementer amant, aut ira ad rabiem inflammantur. Sic Iuno (Carm. II. 1.) ira furens, cum ab yliscendo impediretur, *impotens* vocatur. Ab hominibus vocabulum illud ad res transfertur, atque dominatio, amor *impotentibus* dicuntur, quia homines *impotentibus* reddunt. Elegantissime igitur Aquiloni *impotentia* tribuitur, meta-  
phora

phora ab hominē iracundo translata, quia Borcas vi effraenata saeuens sese continere nequit. Nemini non hic in mentem veniet *tyranus Hesperiae vnde Capricornus in Oda XVII.* Libri secundi; atque astri aestuosa *impotentia* Epos. XVI. v. 61. Venustratem ergo imáginis in Oda nostra non viderunt, qui Aquilonem *impotentem tempestuosum, vehementem, der stürmende Nord* (versio Onoldina p. 203.) der *strenge Nord* (Breitenbauch p. 172.) esse putarunt; proprius ad veritatem accedunt, qui voces illas per Aquilon furieux (Barreaux p. 107. Tarteron I. p. 217. der *ungezähmte Nord* (Lange p. 247.) der *robende Nordwind, der alles über einen Haufen wirft* (Groschuff p. 156.) des Nords *Wut* (Jac. Frid. Schmid p. 220.) der *erboßte Nordwind* (Weiduer p. 185.) die Gewalt *wünder Norde* (Dreyssig Oden aus dem Horatz 1779. p. 23.) reddidere. -- Quae quidem praemissis sufficiat cohortationibus, ad alendum porro litterarum amorem, non tam necessariis propter Vestrum, *Commilitones aestuatisimis, discendi feruorem, quam propter officii rationem, quo nullam occasionem praetermittere adligimur, vos de salute Vestra monendi.* Amor Vester in artes liberaliores propensus spem nostram firmat, fore, vt ad lectiones in tabula sequenti promissas frēquentes confluatis.

### LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANN BENNER. *Acad. Senior. Historiam eccles. e compendio Schroeckiano, Theologiam casuāl.* b. Pfaffii vel b. Baumgartenii prouectioribus tradet. Petentibus *notitiam salutis vel theol. moralem, suis e compendiis exponet, horis XI - XII., IV - V. vel aliis commodioribus.*

D. IOHANNES GEORGIVS BECHTOLD. HEVMANNIANAS *theol. dogmaticae institutio-*nes hora VIII. Ven. LESSII *theol. moralem hora VIII. praeleget. Hora XI. in libros ecclesiæ nostræ *symbolicos* commentabitur. Hora II. aut Ven. ERNESTI. *interpretem* N. T. aut, si auditoribus ita visum fuerit, Ven. MILLERI *institutiones polemicas* suis dissertationibus illustrabit. Suam praeterea operam iis offert, qui suas, sive publice sive privatim disputando, in disciplinis sanctioribus experiri vires voluerint.*

D. LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER. Hora VIII - IX. Praecepta theologiae moralis tradet ad ductum Lessii. IX - X. docebit theolog. dogmat. duce Danouio XI - XII. theolog. polemicam ad I. P. Milleri Compendium. Duabus per hebdomadem horis exercitationes instituet homileticas, usurus compendio suo.

### LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH *Pandectas* hor. IX - X. & XI - XII., *ius canonicum & ecclesiasticum Protestantium* hor. X - XI., *ius criminale* hor. II - III. sex per hebdomadem diebus docebit, usurus compendiis J. H. & G. L. BOEHMERORVM & suis Institutionibus iur. crim. Ad collegium examinatorium & disputatorium quoque paratus est.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT hor. VIII - IX. Ius publicum S. R. I. G. hor. IX - IX. Ius feudale; hor. III - IV. Ius Germanicum priuatum; hor. IV - V. theoriā Processus & Rem diplomaticam alternis vicibus, tradet.

D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER Semestri instanti hora VIII - IX. institutiones duce *Heineccio*, hora X - XI. ius naturae & gentium ex suo libello, qui mox in publicum prodibit, hora I - II. antiquitates iuris pariter e libro suo elementari docebit; ad historiam iuris literariam praeceunte *Westphalo* enarrandam etiam paratus.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAUP praeceunte PÜTTERO hora I - II. diebus Martis & Veneris *ius priuatum Principum*, hora II - III. *ius publicum S. R. I.* hora III - IV. *processum imperii*, hora IV - V. *historiam imperii* tradet, ad *encyclopaediam iuris* quoque aliasque praelectiones paratus.

### LECTIONES MEDICAE.

D. IO. WILH. BAVMER, Med. Prof. primar. hor. X. dierum D. & Z. & Qis medicinam forensem; ad sua praecerta typis prostantia, tradet. Eadem hora dierum Qii atque Hni collegium pathologico - therapeuticum captui vulgari accommodatum publice aperiet. Hor. X. b. m. Dn. Io. Zach. Platneri artem medendi singulis morbis applicatam, nota Dnis Commilitonibus dexteritate, iterum auspicabitur.

D. CHRISTOPH. LVDOV. NEBEL. Artem obstetricalem ex Steinii compendio hora III-IV.; Chirurgiam in Platneri institutiones hora XI-XII. exordietur. Materiam medicam Spielmanno duce, atque historiam medicinae literariam, horis commodis auditoribus offert.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. Prof. Med. P. O. Elapso semestri aestiuo ad finem perductas praelectiones in Physiologiam & Anatomen theoreticam denuo offert, & quidem Physiologiam praecunte Hallero h. IX-X. docebit, atque praeparatis anatomicis illustrabit. Anatomen vero theoreticam h. X - XI. duce Plenckio proponet. Cadauerum dissectionibus atque demonstrationibus in Theatro anatomico instituendis, horas consuetas dicabit. Physiologicum Collegium priuatissimum continuabit.

D. CAROLVS GVIELMVS CHRISTIANVS MULLER, Prof. Med. Ord. Per instans semestre docebit h. VIII-IX. Pharmaciam, Rezio praeceunte, sub perpetua formulatum Dispensatoriorum visitatorum comparatione h. IX-X. Mineralogiam duce Cronstedtio h. IV - V. vel alia commodiori, Materiam medicam, secundum epitomen immortalis Linnei h. V-VI. Physics elementa tradent & experimentis illustrabit. Neque iis deerit, qui disputando & examinando in variis medicinac partibus exerceri cipiunt.

### LECTIONES PHILOSOPHICAE.

ANDREAS BOEHM. Log. Met. & Math. P. P. O. Bibl. acad. praef. *Logicam* h. VII, *metaphysicum* h. VIII. ad ductum compendiorum a se editorum, h. II. *mathesin applicatam* h. III. *puram* praeceunte WOLFIO im Auszug aus den Anfangsgründen docebit, bibliothecas consueto tempore aperiet.

IO. CHRISTOPH. FRIED. SCHVLZ, LL. Or. Gr. & Ant. P. P. O. Hor. X - XI. utramque ad Corinthios epist ex recensione Griesbachiana hor. XI - XII. Psalmorum libros V. ex propria textus recensione interpretabitur --- scholas suas anglicanas desiderantibus aperiet.

D. CHRIST. HENR. SCHMID, *Poesos & Eloqu. P. P. Publice* Hora III - IV. diebus Lunae, Martis, Iouis, & Veneris Suetonii vitas Caesarum illustrabit. *Priuatim* Hor. IV - V. Rhetorices initia duce Ernesti tradet; Hora V - VI. *Encyclopaediam omnium scientiarum*, praeeunte Sulzero, enucleabit, ad alia, praeferunt *Mythologiam* atque *Poeticam*, docenda paratissimus.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER, Histor. P P. O. Historiam statuum Europae ad Comp. proprium hora VIII-IX. Historiam Ecclesiasticam N. T. ad Comp. Schroeckhianum hor. X - XI. Historiam Vniuersalem ad Comp. proprium hor. XI - XII. docebit. Offert Praelectiones in Historiam Imperii Germanici, Historiam Imperii Procerum, Historiam Literariam, Statisticam, & Heraldicam Horis Auditoribus commodis;

### LECTIONES OECONOMICAE.

IO. AVGVSTVS SCHLETTWEIN Semestri hiberno explicabit hor. antemer. IX - X. *Technologiam* duce Beckmanno; hor. X - XI. *Ius naturae & gentium* secundum Achenwallium; hor. XI - XII. *Oeconomiam politicam* seu elementa politiae & disciplinarum camera-

meralium ad proprium *systema*; hor. III - IV. *notitiam Europae*, die Statistik, duce Büschingio in der Vorbereitung zur gründlichen und nützlichen Kenntnis der Beschaffenheit und Verfassung der Europäischen Staaten; hor. IV - V. *Ius publicum Germanicum* duce Püttner, iis quoque operam consecratus, qui explicationem specialium argumentorum politicorum & cameralium, de *dominiis, regalibus, collectis, re monetaria* &c. &c. fusiorem desiderabunt.

D. IO. WILH. BAVMER, Hist. nat. & chem. Prof. Hor. IX. dierum D. or. Z. & Zis in b. m. Dn. Io. Fr. Cartheuseri elementa chemiae dogmatico-experimentalis commentabitur. Eadem hora dierum Zii & Hui geographiam & hydrographiam subterraneas, ad theses suas nuper editas, proponet Processibus pharmaciae & oeconomicae selectioribus horas diei Hui pomeridianas dicabit.

ANDREAS BOEHM, *Architectura ciuili* instituet eos, qui studiis oeconomicis operam dant.

D. IO. LVD. FRID. DIETZ. H. II - III. pomerid. Medicinam Veterinariam ex Compendio Erxlebiano publice explicabit, hora & diebus auditoribus commodis.

IOH. PHIL. BREIDENSTEIN, Oeconomiae ruralis & Rei calculatoriae Cameralis P. P. O. Hora XI. Oeconomiam ruralem, ad praecpta Succouii, quinques; -- quater autem per hebdomadem Rei calculatoriae cameralis fundamenta, Wiedeburgio praeante, Hora II. explicabit. In urbanam oeconomiam praelectiones desideraturis operam suam offert.

GEORG. FRID. WERNER, diebus Lunae, Martis, & Veneris h. XI. eos instituet, qui ad praxin Geometriae in campo, futuro semestri docendam, se praeparare cupiunt; praecipue igitur artis delineandi, computandi, diuidendi figuram, elegantesque ichnographias conficiendi praecpta tradet. Praeterea quoque in iis, quae ad officium peraequatoris pertinent, erudit eos, qui talia nosse cupiunt.

#### LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

JOANNES CHRISTIANVS DIETZ, SS. Theol. Profess. publ. extraord. Lectiones hebraicas in Psalmos, nec non graecas in acta Legatorum Christi hora X. matutina alternis vicibus continuabit. Exegeticum in epistolam ad Colossenses hor. II. pomeridiana offert. Singulis explicationibus dispositiones homileticas subtexet.

D. IOANN. WILH. CHRISTIAN. BAVMER, Med. Prof. Extraord. Hora II - III. pom. Physiologiam, praeante Hallero, tradet, & praecptis iconibusque probatissimorum auctorum anatomicae illustrabit. Hora III - IV. Osteologiam, duce Schmidio, explicabit, & hac finita, ossium luxationes atque fracturas in exstructo skeleto restituere docebit. Praeterea collegium priuatissimum anatomico-theoreticum continuabit, atque ad alia, quae desiderabuntur paratissimus erit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciubus de luculenta equitandi, pugnandi gladio saltandique palestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum, peritissimos, publice constitutos, abinde prospectum est.